

Band VI., Nr. 1627, Seite 19-20

Vor Graf Wolfrad von Veringen verzichten Burchard Gaidellair und Heinrich von Heudorf auf ihre Rechtsansprüche an Güter in Oberdachdorf zu Gunsten des Klosters Marchthal.

Baienfurt (?), 1261. Juni 23.

Cum in rebus gestis propter labilitatem temporis humana memoria permittetur necessarium quidem est et bene dignum, ut quedam facta, ne oblivioni depereant, litterarum munimine roborentur. Noverint ergo tam presentes quam futuri noticiam geste rei, quod me comite Wolfrado de Veringen presente Burchardus dictus Gaidellair et Hainricus de Hūdorf¹ nepotes cesserunt liti, si quid iuris videbantur habere, licet parvum vel nullum ius habuerint, in quibusdam bonis apud Dachdorf superius pro libris duabus Constantiensis monete, tali videlicet pacto, quod nec ipsi nec aliquis amicorum eorum predicta bona *impetant* ullomodo seu iam dicta bona cenobium sancti Petri in Martello debeat sine lite de cetero possidere. Si autem deinceps sepredicta bona aliquis *inpetat*, predictae libre due debent restitui cenobio^a in Martello, nec tamen ipsi debent *inpetere* de iam dictis bonis dominos in Martello. De hoc enim ego Wol. comes et Manegoldus dictus Gaisil fideiussimus ita quod inviolabiliter observetur. Attamen ipsi, quos *prenominavimus*^b, coram me se nullum in sepredictis bonis ius habere profitebantur manifeste. In huius vero rei testimonium^c evidens et cautelam hanc litteram tradidi predicto cenobio sigilli mei munimine roboratam.

Acta sunt hec anno gratie M^o. CC^o. LX^o. I^o., in vigilia sancti Johannis baptiste, in Bivginswurt², indictione IIII^a.

Huius rei testes sunt: Wol. comes de Veringen, Hainricus prepositus, Cūn. camerarius, Cūno monatarius, Ernestus de Tæmiat, Rainherus Trivtelarus, Cūn. Gærwerus, Albero notarius et alii quam plures testes idonei, quorum nomina hec littera non potterat continere.

^aAn diesem Wort ist korrigiert, es heißt eigentlich *cenobinc*.

^bEs steht *prenominavibus*.

^cDieses Wort ist über der Zeile eingeschrieben.

¹Heudorf, Dürmentingen, BC, das nach Beschreibung des Oberamts Riedlingen. Mit einer Karte des Oberamts und einer Ansicht von Riedlingen und dem Bussen, hrsg. Von dem Königlichen statistisch-topographischen Bureau, Johann Daniel Georg von Memminger, Stuttgart [und Tübingen] 1827 (Beschreibung, S. 190, ursprünglich veringisch war.

²Vielleicht Baienfurt, Baienfurt, RV.



Der Textabdruck folgt dem Original.

Das in ein Säckchen eingenähte Siegel des Grafen Wolfrad von Veringen ist dem Anfühlen nach zerbröckelt.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

B 475 U 167

Regesten:

Mitteilungen des Vereins für Geschichte und Altertumskunde Hohenzollern 1 (1867/68) - 63 (1932), Bd. 3 (1869/1870), S. 52. Urkunden Obermarchtal, S. 66, Nr. 53.

Weitere Angaben

Überlieferungsart:

Ausfertigung

Beschreibstoff:

Pergament

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Baienfurt (?)

Ortsindex:

Baienfurt Wohnplatz (19174)

Baienfurt, RV

Dachdorf Wüstung (26343)

Dachdorf, Obermarchtal, UL, W

Heudorf Wohnplatz (17165)

Heudorf, Dürmentingen, BC

Obermarchtal Wohnplatz (16905)

Obermarchtal, UL

Veringenstadt SIG

Veringenstadt Gemeinde (21373)